



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor sine mensura.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

est donum impressum à Deo amato in animam amantem: donum, quo secum trahit donantem. Non paratur amor à Deo, nec Deus ab amore, nec ab amore quæ unitur cum Deo. *Qui manet incansatus, & manet, & Deus in eo. (1. Jo. 4.)* O amor divinus, efficacissimus!

Non sic amor mundi, amor sterilis, amor inchoatus non trahit secum rem amatam. Igitur, anima mea *Ad hoc labora, ut videas.* Hic debetur esse tuus finis, labor pro fine non terreno, sed cœlesti, ut videas, & gaudas præmio divini amoris in cœlo.

Ad hoc labora, ut ames: & hic debet esse tuus finis hac vita, fatigari & laborare pro amore, ut potiùs ames divini amoris. *Vnam petij à Domino, unam rem desideravi, donum sancti Amoris, finem cogitationum meorum, finem desideriorum meorum, finem vitæ & mortis, amore vivam & moriar.*

CONSIDERATIO IV.

AMOR DEI,

Amor sine mensura.

O infinitum amorem Dei mei! Non satis habuit donare culpas, remittere pœnas; sed insuper nos donare Gratiâ tuâ, facere tuos veros amicos, & hæredes. Neque hic finem habuit Amor eius, si satisfieret iusticiæ sui Patris, suscepit in se supplicium nos debuimus: suscepit mortem, ut nos vitâ donaret.

O Amor infinitus, amor sine fine, amor sine mensura. Deus amat hominem, & fit homo, ut mori pro homine. Et hic est finis amoris Dei, mors. *In finem dilexit in mortem dilexit.* O amor, qui nunquam desinit, O amoris! Amat, & amat ad mortem, amat usque ad mortem.

O Deus animæ meæ, hunc amorem deus desidero, hunc concupisco: amorem usque ad mortem, amorem

in sanguine, morte ob signare amorem. Hic est
 sine fine, amor cum fine mortis. Veni, veni,
 precor, amoris felix; da finem & perfectionem amori.
 Quando amore, amore usque ad mortem respondebo
 tui Dei, qui in finem dilexit nos, cum fine mortis.

CONSIDERATIO V.

AMOR DEI;

Balsamum divinum.

Ad conditio est Balsami materialis, ut corpora à cor-
 ruptione præservet: quanto magis Balsamum spiri-
 tuale Amoris divini vim habebit, præservandi ani-
 mam à corruptione peccati? Imò anima, delibata hoc
 Balsamo divino, non tantum non peccat; sed neque pec-
 cat, ut ait S. Joa. 1. ep. 3. Quia dum voluntas Deum
 amat, non potest eum odisse peccando.

Quomodo divina amoris, quomodo conservas re-
 quietem in perfecta pace, & quiete: quomodo
 tuus tuetur in pacifica possessione? quam poten-
 ter defendis ab omnibus suis inimicis! Ecce viam
 tuam ad immunitatem à peccatis: ecce medium
 tuum, quo fias impeccabilis. Ama Deum ar-
 dentius frequenter: *exerce te ipsum ad pietatem.*

Tempus tuum exercitium sit amare, vivere aman-
 te, continuare amorem, perseverare in actuali unione
 cum Deo, & non cessare *voluntate annuente, sed sola
 cogente*, ut Sancti nos docent. Hoc est; si
 tuus cesses ab actu amoris, non sponte id fiat, sed ex
 necessitate, quia necessaria occupationes te impediunt.
 Mox redi ad sanctum amorem:
 sicut magus lapis in alto suspensus, vinculo
 solvato, confestim ruit, ac suo centro
 conjungitur.



GON-